


AK 230. 94

Yd
4458

COMMENTATIO BREVIS
QVA
DE
COMPARANDA BIBLIOTHECA
SCHOLASTICA
DISSERIT
SIMVLQVE
INSPECTOREM
ATQVE
PATRONOS
LYCEI QVERFVRTENSIS
VT SVAM ORATIONEM SVB AVSPICIIS
MVNERIS RECTORIS HABENDAM
BENEVOLE ATQVE HUMANE
AVDIANT
OBSERVANTER INVITAT
M. ZACHARIAS BENIAMIN POCARVS.

QVERFVRTI
LITTERIS IOH. ANTH. GOELLNERI.





D

ADEPTOLIS ACADAMATICO

Uum munus rectoris Querfurtensis lycei obiturus
orationem solennem rite hac breui commenati-
one indicere; simul que *Viros Magnificum, Sum-
me Reverendum Excellentissimos, Consultissimos,*
Amplissimosque, Inspectorem atque Patronos inuitare ad eam
Benevolē audiendam ex consuetudine teneat: multa mihi offe-
runt hese, de quibus praefari possem. Non agam autem de offi-
cio rectoris; nam hoc mihi non minus ac aliis conscientiae lex
atque religionis praescribet. Contra scholarum oppugnatores
non disputabo, qui tam maiorum quam nostra aetate eas ob-
vita quaedam, quae adhaerent, subuertere, vel contrahere iis saltē
contemptum studuerunt. Utilitas enim in lucem & viris doctis
clarissimam posita tam explorata omnibus est; ut non tam ad-
miratione eiusmodi teneamus vefaniz; quam illam derideamus.
Optimo dici iure merentur artium & linguarum nutrices, re-
publicae fulcra, officinae atque emporia pietatis, seminaria ec-
clesiae, formatoria ut Hævemanni verbis de method. sed. 1. cap.
XVI. p. 169. utar, quo eunt belluae, redeunt homines pulca &
optabili metamorphosi. Nec Proceres & magistratus, quibus cu-
rae cordique scholaistica res est, me egent monitore, ut sua ad-
iuuent eas auctoritate benignitateqne. Liberalitas, quae maxi-
me ornat, quaque se conspicuos reddere & possunt, & dehent,
numquam illos sinet esse otiosos. Ingenuae indolis de quibus

Optima



opima quaeque possunt sperari, adolescentes facile admittunt disciplinam, non illam seruilem, sed ingenuam potius ac liberalem, adque legum nec non conscientiae normam compositam, verbo paternam.

His & aliis omnibus, quae huc redeunt, missis; de copia librorum propria scholis comparanda, earumque praecipuo ornamento subsdioque dicere nonnulla proposui. Nec insolens nec inauditi quid profero. Monasteria prima Christianorum, in quibus tam Doctrinae quam vitae morum praecepta iuuentutem edocant scimus, has instituerunt collectiones. Andreas Mollet in chronico freyburgensi part. II. p. 128. de coenobio superiori praedicatorum Freyburgi id nos docet. (a) Christianus Gottlieb Wilisch in programmata kurtze nachricht von der öffentlichen bibliotheq. der schulen zu sanct Annenberg anno 1588. (b) Franciscanorum istius urbis mentionem librorum apparatus inducit.

(a) An. 1488. hat Ioh. Stubenecker Archibresbyter sedis freyburgensis den Prediger Monchen in ober-kloster zu anfang eines neuen bibliosheq. weil die alte in brand mit verdorben war, etliche stuck bucher eines ansehnlichen werthes verbranet. In kloster ist selbiger zeit Matthias Capiris prior, & nationis misnicae vicarius, und Paul Klingenberg supprior gewesen. Man findet vor ietzo noch etliche stuck von diesen buchern in der freyburgischen bibliotheq. auf der schulen mit gedachten Architesbyteri nahmen bezeichnet.

(b) Denn obgleich dieselben vermutlich anfangs in dem hiesigen Franciscaner kloster gewesen sind, so find sie doch bey dessen zerstörung in die haupt kirche geschafft worden. Wie ich eben dieses nach unterrichs unsrer stad chronica von Joh. Pfennigs

dueit. Gothonfredus Vockerodt illustr. gymnasi, quod Gotha floret, Hector olim celeberrimus in programmate, Auctae bibliothecae illustris gymnasi historia CLO LCCXIII, pari modo monachos ordinis Augustini in ista urbe instructos librorum apparatus fuisse memoriae prodidit. Optimae libros notae a monachis istis collectos non confirmauerim: Lutherus Altenburgen-sium tom. II. p. 813. id nos docet grauissime in eos inuestus. (c) A quibus aliis quaeso colligendis cura libris adhibita putetur? cum tam artis ante Lutheri reformationem eruditio circumscriceretur plerumque limitibus; ut non nisi in monachos caderet omnis: reliquis principum etiam personis tantum de armis cogitantibus. Unde etiam est, quod, qui apud veteres scriptis adepti eruditio gloriam sunt, in monachorum plerique numero habentur

eines hiesigen papistischen priesters bucher berichten muss. Als welche bey dem 1501 Jahr folgendes angemercket. Da 1501 Ioh. Pfennig entweicht, so kommen seine bucher in das Barfusser kloster, und von dar in die bibliotheq.

(e) So haben auch die Stifftsr und Kloster vor zeiter libereyen angerichtet, wiewohl mit wenig guten buchern. Und was es vor Schaden gethan hat, dass man zu der zeit nicht drob gehalten, bucher und gute libereyen zu erschaffen, da man bucher und gute leute genug dazu hatte, iss man darnach wohl gewahr geworden: dass leider mit der zeit dahin gefallen ist alle kunst und sprachen und an statt rechtschaffner bucher die tollen unniütze schändliche munichbucher, catholiquen, florista, Graecista, La byrinthus, dormi'scure und dergleichen Esels mist von teuffel eingeführt ist, dass damit die lateinische sprache zu boden ist gegangen, und nirgend keine geschickte schule, noch lehre noch weise zu finden ist überblieben.

antur. Vel historiam enim enarratam; vel philosophiae aut heologiae partem ab aliis fere his exceptis nomine rra&tatam inuenies. Id quod clare docet, illos tam possedit multos in coenobitis suis codices antiquos; quam nouas sui temporis res gestas addidisse litteris cura diligenti mandatas.

§. III.

Quum autem ruditate atque ignavia monachorum, quam discipulorum vel utrorumque malitia in dies istae scholae in deterrimus ruerent (d); nec non amor renasceretur liberalium artium, & passim ad eum alendum scholae extra monasteria instituerentur: id etiam tandem iis felicitatis contigit, ut iufruerentur bibliothecis. Mei instituti non est, enarrare omnes; silentio tamen, quas comperi, praeterire non possum. De Isenacensis gymnassii libris refert Christianus Lunckerus (e). Quos Altenburgense seruat, eorum notitiam debemus Christiano Friderico Wilisch (f). Gothani historiam texit Gothofredus Vockerodt (g). Quedlinburgenses depraedicat Tobias Eckardus (h) Lycei Annaemontani librorum copiam aperit Christianus Gotthold Wilisch. I. c. Freyburgensem laude pro meritis effert Iustus Israël Berger in oratione de bibliotheca Freyburgensi. De pluribus conferatur Godofredus Ludouicus in historia rectorum, gymnasiorum, scholarumque celebriorum.

(d) Vid. Christianus Schoetgenius in diatribe historicolitteraria de statu scholarum ante reformationem.

(e) In der historischen nachricht von der öffentlichen bibliotheq. des Furstlichen Gymnasi zu Eisenach etc. 1709.

(f) In programmate 1716 edito. (g) I. c.

(h) In der nachricht von denen öffentlichen bibliotheken zu Quedlinburg.

Librorum eiusmodi copiae utilitas in docentes effluit atque discentes largissime, suique sumimam necessitatem commendat. Praeceptorum fidelitati succurrit, eamque nutrit et auget: muneris que in se satis molesti rite ac pro viribus fungendi rationem iuvat. Nemo nescit, auctorum, qui in scholis solent tractari, explicationes multos postulare et veterum libros et recentiorum: siue verborum sensum desideres; siue plenam rerum expectes enarrationem. Vos omnes sibi proprios in scholis docens variis rebus cum externis tum domesticis maxime impeditus comparare non valet: ad eoque contra mentem prohibetur, quo minus obligationi satisfaciat suae, aut dissentium ardori. En igitur incomparabilem usum, si, qui praefest scholae cuidam, tantum librorum ad manus habeat, quantum inuenit satis ad graecos atque latinos scriptores interpretandos. Fidem Interpretationum non suis sed aliorum, in quibus res fide dignissimo modo relatae leguntur, verbis facere potest. Quid inde capiant emolumenti discentes, neminem fugit. Optimae notae librorum notitiam acquirunt, ut, quos ex ineffabilicopia sibi, qui opibus gaudent, parent maxime, discant: quod non minus, quam innumeros possidere, prodest. Rerum deinde cognitionem audiendo et legendō prae aliis augent eo facilius, quo ipsi cupidius inhiant, librosque diligentius voluant optimos quosque. Pauperibus tandem, quorum plurimi felicissima ingenii docilitate praediti sunt, adiumentum adfertur haut contemendum. Hi enim siue anxie instrumenta querendo, siue plane iisdem destituti tardantur.

His paucis non plene enarratus, commodum bibliothecae ad scholasticam rem pertinentis comparanda delineaturus tan-

rum, non auctor ero, colligere libros, ut copia modo adsit, eorum vel virtute vel utilitate neglectis, emolumentoque scholarum posthabito. Ut ubi in omnibus rebus colligendis potissimum libris scopus et finis collectoris considerandus venit; sic in adornanda hac bibliotheca scholis inseruiens eruditio librorum det numerum et genus. Consilium Lutheri sic comparatum est, ut, an ab alio viro dari melius posse, nesciam, is Altenburg. l. 11, p. 843. sic censet. (i)

§. VI.

Graci igitur atque latini sunt post litteras sacras libri praeципui, quos, ne cum temporis cursu optimus quisque scriptor, siue grammaticam species, siue artem oratoriam, aut poësin historiasque, incognitus discipulis sit, comparandos suaserim. Ex ipsis ut addiscendae sunt litterae humaniores; sic satis dissentibus eorum commendari euolutio non potest. Vtriusque sermonis latini et graeci, ad cuius barbariem suum Schola quaevis conferat magis magisque debellandam, peritiae ac facultati, quibus pares in scholis adolescentes formandi sunt, felicissime patrocinatur eorum notitia.

Sunt,

-
- (i) Erstlich sollte die heilige Schrift beyde auf lateinisch und griechisch, hebraisch und deutsch, und ob sie noch in mehr Sprachen wäre, drinnen seyn. Darnach die besten Ausleger, und die Aeltesten, beyde griechisch, hebraisch, und lateinisch, wo sie finden könnte. Darnach solche Bücher, die zu den Sprachen zu lernen dienen, als die Poeten und Oratores, nicht angesehen, ob sie Heyden, oder Christen wären, griechisch oder lateinisch; Denn aus solchen muss man die Grammatic lernen. Darauf solten seyn die Bücher von den freyen Künsten, und sonst von allen andern Künsten. Mit den fürnehmsten aber solten seyn die Chronicen und Historien, wasserley Sprache man haben könnte. Denn dieselben wunder nütze sind der Welt Lauf zu erkennen, und regieren, ja auch Gottes Wunder und Werck zu sehen.

63 63 63

X 363/1585
VD 18

Sunt, si nouas iungas veteribus, fons omnis eruditionis humanae purissimus. Hos alii sequuntur peregrina sed vernacula in primis nostra lingua germana conscripti. Praeter id enim, quod posteriores sunt facilissimi lectu, sui nobis cum ob rerum gestarum enarrationes, tum ipsius culturam imponunt necessitatem. Quis tam rudit, ut oratores, poetas, atque historiarum scriptores germanos negciret. Pares igitur ut facultati vernaculae simus librorum lectione opus est, eorumque notitia praeceps de ea addiscenda nondum adsuets.

S. VII.

In eum finem haec dicta aestimari velim, ut, si forte amatores inueniam, non tam optent, quam studeant, suumque conferant pro singulari liberalitate, quo cum tempore pateat in lyceo huius urbis bibliotheca. Liberalitas fuit mater et nutrix, quae supra nominatas et alias fouit. Supra laudatus Mollerus in chronicō Freyburgensi ad annum clōc̄m̄ laudibus liberalitatem effert summam, quae nobiles extra urbem, yrbis ipsius senatus nec non ciues ex auri argenteique fodinis ditati bibliothecam istius lycei ornarunt Splendifissime. Memorat ordinum homines omnium, qui non liberalitate solum vñ sunt, sed eidem ad alios admonitiones intercessiones que addiderunt. Depraedicat tabellam publicam, cui nomina benefactorum in immortalem eorum laudem inscripta lecta fuerunt. Vos tandem *Viri Magnifice, Summe Reuerende, Excellenissimi, Consultissimi, Amplissimique, Inspector, atque Patroni compello obseruantissime humanissimeque, ut cras meam orationem rectoris hujus lycei munus Suscepturi Benevolē atque humane audire ne dignemini.*

Querfurti die

cl̄ōcc̄xli.

AK 230. 84



COMMENTATIO BREVIS

QVA

DE

COMPARANDA BIBLIOTHECA

SCHOLASTICA



REM

OS

IS

AVSPICII

DAM

CARVS.